







177
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

1717.

1. Rivinus, Iohannes Augustus : Programme, quo
Decanus fac. med. et paucorum publicam
Iohannis Augusti Rivini invitat.
2. Bohnius, Iohannes : De Discussione
3. Fabricius, Iohannes Andreas : De mathesi patribus
per. et aliis quibusdam non suspecta
4. Gebauerus, Georgius Christianus : De M. Agrippa.
5. Glapay, Adamus Fridericus : De dignitate per-
sonali territorialis Germanorum communicabili
6. Haris, Iohannes Matthias : De projectionibus
sphaerarum in primis stereographica.
7. Hilligerus, Sigismundus Gottlieb : De necessitate
consensus vasalli in expectantiam feudi a domi-
no concedendam.
8. Hilligerus : De vasallo contra dominum feudi propria
auctoritate sibi fieri dicente.

1717.

9^a at Hilligerus, Lijimundus Grollieb: De poena pecuniaria in Delictis carnis. 2 Saarl. 1717.

1741.

10 Kuntz, Friedericus: De visus praesentia praesentibus reliquis.

11 Munkel, Ludovicus: Programma, quo ad veritatem ne publicam controversiarum selectarum juris naturalis et gentium, publici, civilis, feudalis et canonici . . . instat.

12. Munkelius, Ludovicus: Tractatio synoptica procerum juris communis et in primis Saxoniae Electoralis.

13. Rivinus, Augustus Rudolphus: De oramento.

14^a et Schorgerus, Joh. Adam: De conjectura praesentis

15. Schwedler, Math. Georg: De misericordia eruditorum

1717.

16. Schroeder, Math. Georg: De misogynia eruditiorum

17. Schroeder, Math. Georgii: De misanthropia eru-
ditiorum.

18. Schuberth, Georgius Waltherus: De consensu tempo-
ris Domini directi in hypothecam fens di.

19. Stenderus, Christianus Tacuel: De nomine Auro-
regibus Galliae infans to.



10077
TRACTATIONIS SYNOPTICÆ 21.
PROCESSUS 1777, 72.
JURIS COMMUNIS
ET INPRIMIS
SAXONICI ELECTORALIS

DISPUTATIO DECIMA TERTIA,

Q V A M

SUB PRÆSIDIO

DN. LÜDERI MENCKENII, JC.

CONSILIAR. REG. POLON. ET ELECT.

SAXON. DECRETALIU^M PROF. PUBL. ET

FACULTATIS JURIDICÆ LIPSIENSIS

ORDINARI^I, &c.

*PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONORIS CULTU ÆTA-
TEM DEVENERANDI,*

IN AUDITORIO JCTORUM

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

**FRIEDERICUS CAROLUS VOIT
à SALZBURG.**

EQUES FRANCUS.

AD D. XXI. OCTOBR. A. M DCC XVII.

L I P S I Æ.

Typis IMMANUELIS TITII.

TRACTATUS
JURIS COMMUNIS
SAXONIAE
D. THOMAS
VINCENZI





B. C. D.

ORDINAT. PROC. SAX.
ELECT.

Tit. XXIV.

DE INSTRUMENTIS SEU DOCU-
MENTIS LITERARIIS.

Von Briefflichen Urfunden.

I.

Probatione, quæ per testes expeditur, in-
pris spectata, ad eam, quæ per instrumenta
fufcipitur, fit transitus. Sunt autem *Instru-* Instrumenta describun-
menta Scripturæ ad rei gesta fidem confectæ, tur,
five publicam five privatam. *l. ii. C. qui pot. in*
pign. P. i. C. El. 8. l. 5. l. 6. C. d. probat. Dividuntur in Pu- Dividuntur in Publica
blica & Privata. *Publica* sunt scripturæ publica auctori- & Privata.
tate confectæ aut confirmata. *d. l. ii. C. 2. C. 9. X. d. fid.*
instrum. Et quidem *ratione primi Auctoris Publica*
sunt, quæ a Personis publicam auctoritatem habenti-
bus, vel earum jufsu, confectæ sunt. e. g. a Proto-Nota-
riis, Secretariis & Actuariis. *conf. N. 44. c. i. 2. unde*
Protocolla Judiciaria sunt, quæ succinctam Actorum *Publica sunt Proto-*
judi- *colla.*

A 2

judicialium ab Actuario factam conflationem continent, die Gerichts-Protocolle. *C. 11. X. d. probat.* Hæc etiam a Judicibus, ad acta conscribenda jurejurando devinctis, fieri queunt, uti monitum est *ad O. P. S. Diss. IV. T. 2. §. 8.* & pro affinis agnoscunt a personis publicis conscriptos libros. *a. l. 4. C. d. fid. instrum. l. 9. §. 2. ff. d. edend. die Zunft-Kaths-Erb-Steuer-Schoß-Amts-Vormundschafts-Urbar-Zins-Straff-Lehen-Recess-Lager-Rügen-Flur-Bücher.* conf. *CARPZ. l. 1. R. 62. 63. BERL. dec. 282. 283. 284. WEHNER. Obs. Pract. verb. Bücher. RULAND. d. Commiss. Part. 2. lib. 5. c. 6. c. 10. WUNSCH. d. act. judic. Cap. X.* a quibus differunt die *Concept-Bücher, a. l. 2. ff. d. fid. instrum.* iis enim ex circumstantiis plus minusve fidei tribuitur, maxime cum nonnunquam de scribentis fide, negotii actuali expeditione, genuinoque sensu, ex rasuris, cancellationibus, marginalibus adjectis, aliisque, detur ambi- gendi occasio; proinde recognitionem eorum quan- doque imperatam quandoque denegatam esse recor- dor. Merentur vero Protocolla legitime conscripta plenam fidem. *c. 11. X. d. probat. C. 23. X. d. elect. Et elect. por. l. 10. ff. d. probat. CARPZ. l. 3. Resp. 82. n. 13. seq. Dec. 201. n. 23. BERL. P. 1. Concl. 8. n. 25.* five respicias gesta five non gesta specialiter consignata. *BRUNN. Proc. Ci- vil. c. 1. n. 81.* nec *difffessione* partium locus relinquitur, ob metum perjurii, *a. l. 10. ff. d. prob. Dec. El. 74. CARPZ. l. 3. Resp. 82. n. 13. seq. BERL. d. l. n. 27. MOLLER. P. 2. C. El. 52. n. 12. seq. PHIL. ad Dec. El. 74. Obs. 2.* licet con- traria probatio admittatur. *a. c. 10. X. l. 18. C. d. probat. BERLICH. d. l. n. 26. TRENTAC. Var. Ref. lib. 2. tit. d. fid.*

eorumque *affinia.*

a quibus differunt die *Concept-Bücher.*

Protocolla plene pro- bant.

etiam negative conce-
pta.
eorumque *difffessio* lo-
cum non habet.

sed *contraria probatio.*

fid. instrum. Res. 6. n. 1. seq. unde, quoties ardua negotia inter diversas partes e. g. in Commissionibus, Collegiis &c. pluribus ab iis, quorum interest, adscitis Secretariis, Actuariis &c. tractantur, ad conciliandam Praejudiciumque, fidem valde expedit, durante aut finita consultatione, Protocolla conferri eorumque dissensus hoc modo evitari. conf. BLUM. Proc. Cam. tit. 63. §. 8. de Protocolorum Repertorii usu notabili, sine quo rudis indigestaque in registraturam redactorum moles parum commodi praestat & instar thesauri absconditi est, conferatur BLUM. Concept. der Cammer & Gerichts Ordn. P. 1. t. 42. §. 9. Interim Instrumenti Originalis fides non interit, licet de Protocollo, quod perit, aut in promptu non est, haud constet. a. l. 2. ff. d. fid. Instrum. l. 24. ff. qui testament. fac. poss. l. 2. C. d. testam. §. N. 44. §. 2. verb. in hac solum civitate. (Constantinopolitana sc.) COVARR. Pract. quest. c. 19. n. 3. UMM. ad Proc. Disp 17. n. 16. JOH. VOETIUS Comment. ad ff. t. d. fide instrum. §. 3. conf. CHRIST. V. 3. dec. 29. n. 7. etiam si contractus in scriptis fuerit celebratus, scriptura ad essentiam ejus adhibita. a. l. 17. C. d. fid. instrum. R. J. d. A. 1512. t. 1. §. 11. 20. COV. UMM. d. l. Diff. BALD. ad rubr. C. d. fid. instrum. n. 20. nihilominus, emergentibus circa instrumentum dubiis, ad fidem Protocolli ritè confecti recte recurritur, a. N. 44. c. 2. R. J. d. A. 1512. Ordn. der Notar. §. 5. 9. 14. ceu jud. S. C. P. L. Term. Rem. 715.

II. Publica etiam sunt instrumenta a Notariis publicis confecta. l. 17. Cod. de fid. instr. c. 15. X. eod. R. J. d. A. 1512. t. von Notariem. §. 13. de quorum requisitis d. R. J. agunt, notatis

cum diversi ab iis, quorum interest, adhibentur Actuarii salutare est Protocollo conferri.

Repertor. Prot. usum.

Instrumentum autem probat, licet de Protocollo non constet.

quomvis scriptura ad essentiam contractus adhibita sit, ad Protocollo conferri. Ad Protocollo tamen in dubio recurritur.

Instrumenta a Notario confecta sunt Publica. de requis. remiss.

Non est invocatio Nominis divini præcise necessaria.

neque error in indictione per se nullitatem inducit.

in nostra *Theor. & Prax. Pand. t. d. fid. instrum. §. 7.* interim vitio nullitatis non laborare Instrumentum Notarii, in eodem prætermissa invocatione nominis divini, recte defenditur, quemadmodum pron. *F. J. L. M. Jul. 705.* Quamvis enim ab ista invocatione eò, quod Auctor omnis boni Deus est, laudabiliter fiat initium. *R. J. D. A. 1512. Ordn. der Notarien T. 1. §. 3. j. Nov. 47. C. 1.* nullibi tamen hæc forma, sub pœna nullitatis, in negotiis gravioribus levioribusve, imperata. *d. R. J. t. 1. §. 4.* unde pro receptiore sententia istam agnoscit *ALCIAT. Parerg. l. 9. c. 6. Conf. COVARR. quest. c. 20. n. 1. UMM. ad Proc. Disp. 17. n. 13. Diff. DURAND. Spec. Jur. lib. 2. P. 2. de Instrum. edit. §. 2. n. 2. p. m. 280.* idemque, errore circa indictionem exprimendam admisso, merito attenditur, ceu, cum nominata esset indictio 12. vice 13. pronunciavit *d. F. J. L. M. Jul. 705.* item *May 715. jud. S. C. P. L. Term. Luc. 708. & resp. d. F. M. Nov. 707.* Nam indictio quidem omittenda non est. *N. 47. c. 1. §. 1. d. R. J. §. 3. BART. ad l. si quis 6. §. si initium 6. ff. d. edend. n. 12. COVARRUV. Var. Res. c. 12. n. 7.* solus tamen in ea commemoranda admissus error tam durâ animadversione, partium irreparabili sæpe cum detrimento, coercenda non est, *a. l. 92. ff. d. R. J. l. 24. C. d. restam.* cum de tempore conditi instrumenti ex Anno reparatâ salutis & Imperii Imperatoris, &c. constare queat. *d. R. J. §. 3. & perfectioris temporum designationis gratia, hæc expressiones sint inventæ. N. 47. proœm. Conf. COVARRUV. d. l. BALD. ad c. 6. X. d. fid. instrum. n. 14. FELIN. ad. d. c. n. 11. Diff. UMM. ad Process. Disp. 17. n. 13. §. 4.* Idem indictione vetustate corrupta obrinet. *a. d. c.*

d. c. 6. ut & vacuo indictionis numero relicto, atque per Notarium, e. g. morte impeditum, haud suppleto, iudicio BALDI c. l. nec non, quoties consuetudine hoc introductum, omisso indictionis instrumentum non reddet vitiosum. d. R. F. §. 4. neque subscriptionis testium rogatorum instrumento adhibitorum. a. N. 18. C. 5. uti iudicatum à S. C. P. L. Term. Luc. 708. Conf. COVARR. Pract. quest. c. 20. n. 4. UMM. Disp. Proc. 17. §. 13. n. 9. Dissent. GOTOFR. ad N. 73. c. 5. Quodsi vero Annus Imperii Imperatoris sit prætermisus omnis instrumenti virtus corrui: istud enim requisitum essentialibus accensum in d. R. F. §. 4. atque ita censuit. S. C. P. L. Term. Cruc. 715. pariterque testibus instrumentalibus haud requisitis & nominatis. d. R. F. §. 3. j. N. 73. c. 5. jud. d. Curia Term. Trin. 710. Conf. MASCARD. d. Probat. V. 1. Concl. 4. n. 26. GOTOFR. ad d. N. c. 5. lit. n. UMM. d. Disp. 17. n. 13. §. 8. vices autem Notarii frustra usurpat *Doctor Juris*, nunquam creatus Notarius, quippe qui Jusjurandum Justitiæ quidem præstitit ad injustitiam evitandam obligans. a. l. 1. §. 1. ff. d. Just. & Jur. at auctoritate publica Notarius non est constitutus. a. l. 7. d. C. numer. & actuar. R. F. d. A. 1512. Tit. von Notarien. §. 15. ad instrumenta fideliter facienda adstrictus. a. N. 47. c. 1. l. 8. §. 17. ff. d. transact. Conf. ZIEGL. d. Jur. Maj. l. 1. c. 26. ib. 10. CARPZ. l. 6. Resp. 18. ubi præjud. STRUV. S. F. C. Ex. 28. th. 29. ibique MÜLLER in not. lit. n. Dn. BERGER. Oecon. jur. l. 4. r. 24. §. 6. not. 5. Diss. BERLICH. P. 1. Concl. 43. n. 51. illud tamen, quod a Doctore Juris, Notario creato, conscriptum est, sua virtute pollet, licet ipse ad subeundum hoc munus, haud secus atque

neque omisso indictionis consuetudine approbata.
neque subscriptionis testium rogatorum.

at nullum est instrumentum Notar. omisso anno Imp. Imperatoris.

it. testib. instrum. non adhibitis.

nec non a Doctore Juris, qua tali, confectum.

sen-

senator, monachus aut Clericus, compelli nequeat.
d. R. F. §. 15. j. l. 15. C. d. Decur. c. 8. X. ne cler. sec. neg. BAR-
TOL. ad l. 15. C. d. Decur. n. 2. JAS. in l. patre furioso. ff. d.
aut a Notario putativo. his qui sunt sui vel al. jur. n. 16. BERL. dec. 27. n. 10. ubi præ-
jud. Sicuti etiam a Notario putativo factum non sub-
sistit. a. N. 47. Cap. 1. l. 7. C. d. numer. & actuar. ne fal-
forum machinator, aut publica auctoritate destitutus,
fidem instrumento conciliare videatur. l. 27. §. f. ff. d.
L. Corn. de fals. j. l. 8. §. 17. ff. d. transact. BERG. d. l.
BRUNN. ad l. 3. ff. de Offic. Præf. n. 2. idem sentiendum
est de instrumento Notarii, qui se pro tali gerit, cum
tamen, Comes Palatinus eum per substitutum crea-
verit & in illius Comitiva potestas substituendi spe-
cialiter haud fuerit expressa. a. c. f. d. Proc. in 6. l. 15. §.
2. ff. d. div. temp. præscr. j. l. un. §. 1. ff. d. Off. Præf. Præf.
l. 5. C. d. divers. refer. Visit. Abschied d. A. 1560. §. Nach-
dem. sicuti resp. F. F. L. M. Jul. 707. Conf. SIXTIN. d.
Regal. l. 1. c. 4. n. 110. 111. 112. LIMN. l. 4. c. 4. n. 58. it. nostra
Decas Contr. Th. Pr. contr. 9. Diff. ITTER. de Honor. &
Grad. Acad. c. 6. th. 32. SPRENGER. Lucerna Moderni
Status S. Rom. Imp. c. 2. p. m. 91.

Libri Eccles. sunt publ.
Instr.

etiamsi de contentis te-
stetur Parochus &c.

III. Publicis quoque instrumentis annumerandi
sunt *libri Ecclesiastici*, die *Kirchen-Bücher*, in quibus
tempora nativitatis, baptismatis, copulationis, obitus
& sepulturæ annotari solent. *RIEHT. dec. 112. n. 10. CARPZ.*
P. I. C. 16. d. 26. ibique GOSW. AB ESBACH. verb. Tauf-
Buch. CARIZ. Jurispr. Conf. l. 1. d. 142. n. 18. unde desumpta
ex iis attestata a personis publicis, ad fidem hac in parte
adstrictis, merentur probandi vim. e. g. a Pastoribus,
item Custodibus, ubi his eadem dare permittitur. ULR.
HUB.

HUB. *adt. d. fid. instr. pos* 22. exigitur vero ut tales ad libri ecclesiastici fidem, non suam tantum scientiam, se referant: nam, si testium quasi locum subeant, æqualem hinc testimoniis virtutem non esse tributam recordor. *a. l. 3. §. 3. ff. d. testib. l. 9. §. 1. C. eod.* Cæterum instrumentis etiam ex manu publica item publico Sigillo conciliatur fides *C. 2. X. d. fid. instr.* GONZALEZ TELLEZ. *ad d. C. 2. n. 4.* quia Sigillum publicum voluntate eorum, quorum illud custodia conceditum est, intelligitur appositum. *d. c. 2. j. l. 2. C. d. reb. al. non alien. conf. CARPZ. l. 3. Resp. 79. n. 16. seq.*

modo ad libros illos, non suam scientiam, se referant.

nec non instrumenta publica manu item publico Sigillo munita.

IV. Hucusque de publicis instrumentis actum, *Instrum. Privata* Instrumenta Privata auctoritate privata fiunt. *l. 1. ff. d. fid. Instrum.* Talia sunt I. *Chirographa*, (*ιδιόγραφα* in *l. 1. C. qui pot. in pign.* appellata) eaque vel obligatoria vel liberatoria. *Obligatoria* obligationem constituunt: ut I. *Chirographum in specie*, eine Handschrift, quo debitor fatetur debitum, *a. l. 44. §. 5. ff. de legat. 1.* sive debitor illud integrum conscripserit, sive saltem subscripserit. *l. 11. C. qui pot. in pign. l. 26. §. 1. ff. d. pign. l. 15. C. d. admin. tut. aut ab alio suo nomine subscriptum esse fateatur. a. l. 8. §. 15. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 26. §. 1. ff. d. pignor. Act. ceu resp. F. J. L. M. Jul. 710. Conf. UMM. ad Proc. Disp. 17. n. 22. vel de eo convincatur. Riv. ad O. P. S. t. 43. en. 39.* nam subscriptio approbationem continet. *d. l. 26. §. 15. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 16. d. 3. n. 8.* modo cautam debendi contineat. *l. 25. §. f. ff. d. probat. ita pron. F. J. L. M. Aug. 701.* quod si eadem expressa non fuerit creditor illam probare tenetur. *d. l. 25. §. f. c. 14. X. d. fid. instrum.* CARPZ. *l. 4. Resp. 9. n. 16.*

B

interim

I. *Chirographa* divid.

Obligator. est I. *Chirogr.* in specie.

de subscript. qualir.

de causæ debendi necessitate

2. *Syngrapha.*

de virtute Syng. ab uno tantum subscripte.

3. *Antapocha.*

Chirogr. Liberatorium est *Quitantia*.

quæ a creditore exigi potest.

Quar. generalis quitantia peti possit.

interim ex confessione numeratæ pecuniæ paratæ & promissione restitutionis præsumi mutuum. *a. l. 2. §. 3. l. 3. ff. d. R. C. j. l. 6. ff. eod. pron. F. J. L. M. Jun. 714. (2)* *Syngrapha*, quæ fit inter pacifcentes, in rei gestâ fidem, & ab utraque parte subscribi, signari tradique solet. *fac. l. 17. C. d. fid. instrum.* Sæpe fiunt *Syngraphæ* plura exemplaria, eamque unus tantum subscribit, cum recipiens *Syngrapham* subscriptionem suam facile ad-jicere queat; quod si vero unius saltem subscriptio de-prehendatur in Originali recognoscendo, propterea declinari nequit recognitio, sed eadem, salvis exceptio-nibus, facienda, injungitur, cum defectus iste, non uno modo, consensu alterius partis probato, emenda-ri queat, sicuti pron. *F. J. L. M. Febr. 716. (3)* *Antapo-cha*, qua fatetur debitor se creditori præstationem usur-arum, censuum, annui redditus, canonis, laudemii, mercedis, *des Laas; Zinses* &c. solvisse, ne immunitatem aut qualitatem aliam prætereundere possit. *l. 19. C. d. fid. in-strum.* ibique *BRUNN. n. 3. UMM. ad Proc. Disp. 17. n. 21. Cujac. ad rubr. C. d. apoch. publ.* *Chirographa libera-toria* sunt, quæ ab obligatione liberant. e. g. *Apocha* *ἀπό τῆς ἀπέχεσθαι*, a recipiendo dicta, s. *Quitantia*, *die Quittung*, est, qua creditor fatetur debitorem solvisse. *l. 19. C. d. fid. Instrum. l. 14. §. 2. C. d. non num. pec. l. f. §. 2. ff. d. cond. ind.* *Cujac. ad rubr. C. d. apoch. publ.* *UMM. c. l.* atque ad istam solventi dandam creditor, licet in-strumentum obligationis reddiderit, obligatur, *a. l. 18. C. d. testib.* propter expeditiorem solutionis probatio-nem. *Conf. JOH. VOET. Comm. ad Pand. t. d. solut. §. 15.* &c., quamvis captiosam quitantiam generalem exigere debi-

DISP. XIII. Tit. XXIV. DE INSTRUM. S. DOC. LITER.

debitori haud permittatur. *a. l. 5. ff. de transact. l. 3. §. 1. ff. d. contrar. tut. & util. act.* attamen, administratores inprimis, universalem quitantiam jure postulant, eoque nomine judicem implorare queunt. *a. l. f. C. d. usur. pup. j. l. 2. §. 5. ff. d. aqu. & aqua plu. arc. act. uti in tutore resp. F. J. L. M. Dec. 792. Conf. THESSAUR. Dec. 74. SCHILT. ad ff. Ex. 37. §. 183.*

V. Præterea Privatis instrumentis accensentur II. *Instr. Privat. sunt II. Epistola.* Epistola, sive scripturæ ad absentem directæ, quibus ipsi aliquid denunciamus, eumque de re aliqua certiorem reddimus. *a. l. 26. §. f. ff. depos. LAUTERB. Dissert. de Epistola. th. 6.* Hæ contra scribentem, qui eas scripsit, aut scribi mandavit, in iis quæ disponendo, non saltem narrando, continent, probant. *d. l. a. l. 26. §. 1. ff. d. pign. l. f. ff. d. legat. 2. UMM. ad Proc. Disp. 17. n. 24. LAUT. d. l. th. 40. CARPZ. P. 1. C. 17. d. 34. ibique GOSW. in not. unde in judicio earum recognitio frequenter injungitur, etiam in inquisitionibus. a. l. f. C. d. probat. imo mandati vim habent literæ mandantis mandati requisitis haud destituta. a. l. 60. §. f. ff. mand. CARPZ. l. 3. Resp. 8. n. 3. seq. NICOL. Process. Judic. c. 7. n. n. j. dicta ad O. P. S. t. 7. §. 7. in f.*

quæ probant contra scribentem.

& mandati vim habent, quando illud completuntur

VI. Sunt etiam in Privatorum instrumentorum numero III. Libri Rationum, qui data & accepta continent, *a. l. 6. §. 3. ff. d. edend. & adscriptum diem regulariter habent. l. 1. §. 2. ff. d. edend. at specialem solennitatem non exposcunt. l. 34. §. 1. ff. d. pign.* Hæ rationes e. g. Patrumfam. tutorum &c. contra scribentem virtute probandi pollent, cum confessionem illius contineant. *a. l. 13. C. d. non num. pec. c. 10. X. d. probat. l. 46. §. 5. ff. d. admin. tut. l. f. C. arbitr. tut. clem. un. §. ceterum. de usu-*

III. Libri Rationum

qui probant contra scribentem.

usuris. Conf. MASCARD. de Probat. Concl. 977. n. 1. seqq. FACHIN. Contr. libr. 11. c. 32. UMM. ad Process. Disp. 17. n. 19. Diff. BALD. ad Rubr. C. d. const. pec. n. 12. nisi error doceatur, aut alia circumstantia istarum fidem in dubium vocent. a. l. f. ff. d. instit. act. Pro scribente quantum rationibus tribuendum sit, arbitrio iudicis merito relinquitur, qui plus iisdem fidei in negotiis a nuda voluntate scribentis dependentibus, quam in aliis, deferet. l. 5. C. d. probat. l. 34. ff. d. negot. gest. j. l. f. C. d. conv. fise. d. b. l. 7. C. d. probat. BEUST. ad l. admonendi. 31. ff. d. iurejur. n. 1029. UMM. d. l. CARPZ. P. 2. C. El. 10. d. 23. ibique GOSW. ab ESBACH. n. 5. hinc, adminiculis accedentibus, vim probandi iis non denegavit. a. l. 5. C. d. probat. pron. F. J. L. M. Sept. 715. conf. BRUNN. ad l. f. C. d. conv. fise. deb. n. 3. seq.

quatenus pro scribente
probat. iudex arbitrabi-
tur.

Liber Mercat. habet
vim semipl. probat.

1. si sit mercator proprie
sic dictus.

exclud. Judei.

VII. In specie autem Libri Mercatorum, ob utilitatem commerciorum, plerisque in locis, vim semiplenae probationis meruerunt. Id vero ut locum inveniat requiritur 1) ut causa sit Mercatoris proprie sic dicti: nam istud privilegium ad alios, etiam pharmacopolas, quatenus mercatorum numero non sunt, extendi nequit. a. l. 14. l. 16. ff. d. legib. uti pron. F. J. L. M. Jan. 701. it. d. M. 704. neque ad Advocatorum aut Procuratorum Expens-Bücher, iudicio F. J. L. M. Octobr. 717. confer. tamen Dn. BERG. ad. O. P. S. t. 30. not. 1. p. 820. aut ad libros Judeorum Christianos ex iis convenientium, ob vilitatem eorum. c. 13. X. de judeis presumtumque contra Christianos odium. c. 16. X. eod. c. 21. X. d. testib. SETSER. de Fur am. l. 4. c. 12. n. 32. seq. JASON. in repei. admonendi. 31. ff. d. iurejur. and. n. 296. verb. trigesti-
mo

mo sexto. Dn. HORN. Resp. Class. 1. n. 87. p. 251. uti pron.
F. J. L. M. Octobr. 700. resp. M. Septembr. 701. nihilomi-
 nus eo casu, quo plus quam semiplene probatum
 erat, Judæum esse ad juramentum suppletorium, ur-
 gentibus circumstantiis, admissum memini, neque pri-
 vilegium hoc, ad *Seiler. Bücher, d. F. jud. M. Oct. 703. aut*
Särber. Bücher, applicandum est M. Mart. 707. Conf.
MYNS. cent. 5. Obs. 6. CARPZ. P. 1. C. 23. d. 7. n. 7. Et seq.
 Suppletorium etiam in mercatoribus sectæ Mennoni-
 starum addictis apud nos attenditur, quippe quorum
 asseveratio: mit wahren Worten, anstatt Eydens, non ad-
 mittitur, ceu visum *F. J. L. M. Febr. 714. Conf. Dn. RI-*
VIN. ad O. P. S. t. 18. en. 134. nam corporale merito exi-
 gitur Jusjurandum, *a. Dec. El. 25. & Deus invocandus*
est assertorum testis. Deut. c. 10. vers. 20. ad Hebr. c. 6. v.
16. non igitur ista formula juramenti loco recipienda,
 neque Mennonistas meliore jure, quam toleratas in Im-
 perio nostro Religiones, uti fas est. j. *HUBER. in Præ-*
lect. ad ff. 1. jurejur. pos. 2. Diff. WISSENB. ad ff. Disp. 24.
th. 21. In nonnullis tamen locis ferri Mennonista-
 rum simplicem asseverationem sub pœna perjurii, si fe-
 sellerint, factam deprehendes, idque cum particulari
 jure receptum est, illic observari meretur. *a. l. 80. ff. d.*
R. J. de quo cum constaret ex Actis, in istam senten-
 tiam pronunciare haud dubitavit *F. J. L. M. Nov. A.*
1714. ad Acta a Principe Ostrix transmissa. Exigi-
 tur (2) ut *Mercator sit bonæ illæque fidei. a. l. 6. §. 1. 2. bonæ fidei.*
ff. d. edend. l. 5. §. 6. ff. de re milit. c. 8. d. R. J. in 6. j. l. 7.
§. 3. ff. d. accusat. c. 9. X. d. præsumt. CHRISTIN. V. 3. d.
25. n. 1. proinde decoctorum, qui dolo vel culpa deco-
 xerunt, libris fides haberi nequit. *MERKELBACH. apud*

Suppletorium prestare
 tenentur etiam Menno-
 nistæ.

Exceptio.

excluditur itaque deco-
 ctor.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

quod non extendendum ad libros antea recte scriptos.

neque ad eos qui Morat. Lit. impetrarunt.

3) data & accepta continent.

diebus salutariter additur.

rapfodiæ & schedæ mercat. non probant.

& ob vitia lib. mercat. fides illius minuitur arbitrio iudicis.

KLOCK. v. 2. Conf. 50. n. 26. seq. GUID. PAP. dec. 441. n. 6. quod tamen ad libros ante decoctionem recte bonaque fide conscriptos applicandum non est. a. l. 4. §. 4. ff. de. edend. id MERKELBACH. n. 66. seq. MEV. ad Fus Lub. P. 5. t. 6. addit. ad. n. 15. Conf. MASCARD. d. probat. concl. 976. n. 25. neque ad eos, qui impetrarunt literas moratorias, & curam, quam res exposcit, libris adhibuerunt, siquidem moratoria rescripta non nisi probatis casibus fortuitis indulgeri solent. a. Dec. El. 30. ita jud. S. C. P. L. Term. Cruc. A. 98. (3) Libri mercatorum data & accepta continere debent. l. 6. §. 3. ff. d. edend. JASON. in repet. leg. admonendi 31. ff. d. jurej. n. 115. diemque adjici expedit, a. l. 1 §. 2. ff. d. edend. quamvis, eo prætermisso, cum de anno vel etiam mense constat, fides illius non statim corruat, ceu observatum esse recordor. Conf. Dn. BERGER. Oeconom. l. 4. t. 24. not. 16. p. 1061. GOSW. ad Carpz. P. 1. C. 17. d. 23. verb. designatione dierum. siquidem non tam de ipso debito, quam constitutæ obligationis initio, dubitatur. Conf. MEV. P. 1. d. 241. n. 9. seq. Rapfodiæ vero die Kladder oder Sudel Bücher & schedæ mercatorum nihil probant. Dn. BERGER. d. l. MEV. d. l. n. 11. it. ad jus Lub. Part. 5. t. 6. art. 4. n. 27. JAS. in repet. l. admonendi. 31. ff. d. jurejur. n. 115. & si verba in libris mercatorum manu diversa, cancellata, rasa, falsa, mutilata, a. c. 3. 6. X. d. fid. instr. aut absquæ necessariis circumstantiis expressa fuerint, adeoque virtuti eorum propterea, vel alias ob causas, detrahatur, quantum his tribuendum sit, arbitrio iudicis discreti relinquitur. a. l. 3. pr. §. 2. ff. d. testib. MEV. d. l. n. 5. CARPZ. l. 1. Resp. 63. n. 13. BO-

RELL.

RELL. Conf. 82. n. 19. seq. Opus est (4) ut causam debendi liber mercatorius complectatur. e. g. kaufte und empfang. a. c. 14. X. d. fid. instrum. nam ex qualitate scribentis soloque commercio non praesumitur illa debendi causa, sed eadem manifeste indicanda. a. l. 25. §. f. ff. d. probat. CARPZ. P. 3. C. El. 17. d. 35. n. 6. aut defectus hic per adminicula suppleendus est. a. l. 6. §. 1. ff. d. usur. l. 5. C. d. Probat. SICHARD. ad l. 3. C. d. reb. cred. n. 36. eaque causa ad commercium & negotiationis materiam pertinere debet. GAIL. lib. 2. obs. 20. n. 8. ceu pron. F. J. L. M. Sept. 1703. non igitur ex libro mercatorio probari potest mandatum, uti resp. F. J. L. M. Febr. 701. neque mutuum, ita jud. F. J. L. M. Jul. 717. facilius tamen fidem merebitur ille liber in accessoria negotiatione: Wann ein Kaufmann, so zwar sonst hauptsächlich mit Seyden, Tüchern, Wolle, zc. handelt, bey Gelegenheit curieuse meubles, als Tischgen, rare Münzen, gebrandte Wasser, selbige ferner zu verhandeln, mitbringt, oder auch e. g. mit Sauerbrunnen handelt. Conf. DN. BERG. Oeconom. Jur. l. 4. c. 21. not. 13. p. 1060. uti praej. F. J. W. de Mens. Jan. 1708. Denique (5) necessarium ut iste liber sit vel ab ipso mercatore a. l. 13. C. d. nonum. pec. vel persona fide dignae. g. infiltore, ita dem Buchhalter, ejus nomine conscriptus. a. l. 9. §. 4. ff. d. edend. l. 3. §. 3. ff. mand. j. l. 1. §. 12. ff. d. vi armat. MASCARD. d. Probat. concl. 975. n. 84 HAHN. ad We- senb. t. d. fid. instrum. n. 6. verb. si tamen. neque enim praecise ab ipso mercatore conscribi hunc librum lex, aequitas, aut comerciorum ratio exposcit, mercatoribus per alia subinde in expediendo hujusmodi negotio

(4) Causa debendi expressa sit.

(5) ab ipso mercatore vel fide digna persona ejus nomine conscri-

Wäre per se
die & andere
indem
indem

plus.
salvo et bascul, ille et avorcu de
valore et bascul. A conscribere librorum
est deinde dicitur. A conscribere librorum
lib. dicitur aliam conscribere la
hinc fido, suo proci aucta mercatoris
non aliter intelligitur et condicio verum aliter
quod de illa condicio et hinc dicitur a
tate usque ad praesens per tota, quae
autem in illis libris. Hincque cum in
condicio a mercatoribus dicitur. Hinc
tunc per et aquo et bono, et in certum rei usque

impeditis. HARTM. PIST. *Obsf.* 86. n. 1. CARPZ. P. 1. C. 17. d. 35. n. 9. ita visum S. C. P. L. Term. Rem. A. 95. *Conf.* DN. RIVIN. ad O. P. S. 1. 30. en. 8. *Diff.* FINCKELTHÜS. *Obsf.* 79. n. 15. GUID. PAP. *Dec.* 44. n. 2. atque si hujus, qui rationes consignavit, non sit copia, etiam mercator de credulitate juraturus admitti solet, ceu d. T. & A contigit, nec non judicavit F. J. L. M. Jul. 714. effectu hujus juramenti arbitrio aequi judicis relicto. a. l. 3. §. 2. ff. d. *testib.* interim nihil diversitatis subest, siue is, qui librum mercatorium conscripsit, ab initio, tempore cœpti libri, sicuti judicavit S. C. P. L. cum juratum esset bey Aufang des Journals. Term. Luc. 704. siue ex post facto eundem juramento suppletorio confirmet, quod frequentissime accidit & per sententiam haud raro injungitur.

Instrumenta originalia probant.

non nudæ copiae.

Vidimata copia publ. manu facta probat.

Actuarii ejusdem judicii absque sigillo.

IX. Instrumenta præterea dividuntur in Originalia siue Authentica, & Copias, siue Exempla. l. 2. ff. d. *fid. instrum.* Originalia per se probant, nec ab alia scriptura dependent. d. l. Copiae siue Transsumta dicuntur, quæ ex originali instrumento descripta sunt, & cum transsumtio facta est manu privata, appellantur nudæ copiae. Hæ nullam merentur fidem. d. l. 2. *Auth. Si quis. C. d. edend. MEV. ad Jus Lubec. P. 5. t. 6. art. 3. n. 1. 5.* Quoties transsumtio facta est manu publica, veluti Actuarii, Notarii, dicuntur Transsumta Originalia seu Authentica, it. Vidimus, siquidem Actuarius Notariusve sua subscriptione testatur se vidisse transsumtum, die *Abschrift*, verbotenus concordare originali. Ubi, cum Actuarius ejusdem judicii suam adjecit subscriptionem, prætermisso licet sigillo, eidem creditur, ob indubi

indubitata manus Actuarii notitiam. *a. R. F. d. A. 1654. §. 34. c. 11. X. d. probat.* BEUST. *in l. admonendi. 31. ff. d. jurej. n. 807.* BLUM. *Proc. Cam. t. 63. §. 39.* GAIL. *l. 1. O. 134. n. 24.* Verum in Notarii vidimus fertur etiam privati ipsius sigilli appositio. Nam in Originali instrumento Sigillum Notariatus, ad formam illius, requiritur. *R. F. d. A. 1512. t. von offnen Notarien §. und. 3. §. die Notarien. 16. Dec. El. 20. j. l. f. §. 2. C. d. Assess. l. 22. §. 4. ff. d. testib.* PHIL. *ad. d. Dec. obs. 3.* GAIL. *l. 2. Obs. 43. n. 3.* CARPZ. *l. 3. Resp. 85. n. 12. seq.* BOER. *dec. 36. n. 8. conf.* tamen RICHT. *Dec. 32. n. 27. seq.* DECIUS *Conf. 447. n. 8.* sed in vidimata copia Notarii idem non exactum est, adeoque privatum etiam Notarii Sigillum sufficit; siquidem Notarius eam tantum cum producto Originali conspirare testatur, idque, tanquam referens instrumentum, absque relato non probat. *N. 119. C. 3. j. l. 7. C. d. edend. nec majorem ei fidem additum Notariatus signum conciliare potest.* CARPZ. *d. l. n. 22.* MART. *ad h. t. rubr. n. 27.* PHILIP. *d. l. Obs. 3. n. 24. seq.* atque hoc fori observantia apud nos corroborat. Interim quantum fidei Vidimatis Notariorum Copiis sit tribuendum, ex circumstantiis decidendum. *a. l. 3. §. 2. ff. d. test. j. O. P. S. t. 25. pr. l. 20. C. d. fid. instrum.* quibus nonnulli parum aut nihil tribuunt. MEV. *ad Jus Lub. Part. 5. t. 6. art. 3. n. 2. seq.* RULAND. *de Commiss. Part. 2. lib. 5. C. 15. n. 5. seq.* BLUM. *Proc. Cam. t. 63. §. 37.* Quodsi enim constat ipsos exactam habuisse de manu Principalis Notitiam, aut evidentia probationem juvant adminicula, aliquando suppletorio locus est jurijurando *a. l. 31. ff. d. jurejur. l. 3. C. d. R. C. BERL.*

Notarii cum sigillo etiam privato.

licet in Instrum. Originali præcise Signetum Notariatus sit necessarium.

Vidimata Copia Notarii quatenus probet arbitrio discreti judicis relinquitur.

C

Dec.

Dec. 100. CARPZ. l. 3. Resp. 81. n. 6. seq. id Proc. t. 14. art. 2. n. 47. seq. aliquando probatio imperfecta fit plena. a. l. 2. C. d. testam. RICHTER. Dec. 32. n. 30. BERL. Dec. 100. n. 3. aliquando jurejurando purgatorio, ex urgentibus causis, via aperitur. a. c. f. §. f. X. d. jurejur. proinde cognitio vidimata Notarii copia injuncta est in Processu Summario in F. J. L. M. Nov. A. 99. & Ordinario M. Octobr. 700. Jul. 1717. fieri enim ea potest soletque salvis exceptionibus. Conf. CARPZ. dec. 236. n. 1. seqq. l. 3. Resp. 81. n. 6. seq. Interim consummatum ab eodem Notario, qui instrumentum primum confecit, Originale secundum, licet aliena manu perscriptum sit, probandi virtute haud destituitur, & quando illud tanquam novum originale, facta saltem aliena manu extensione, valere voluit, & necessaria requisita observavit, pro originali habetur. a. l. f. ff. d. his que in test. del. l. 47. ff. d. legat. 2. R. F. d. A. 1512. t. von Notarien. §. und wie wohl. 8. Conf. COLER. d. Proc. Exec. Part. 3. c. 1. n. 50. seq. MEY. ad Jus Lubec. l. 5. t. 6. art. 3. n. 11. quando autem ex suo originali negotii manusque gnarissimus fecit vidimus, illud tanto notabiliorem virtutem nanciscitur. a. l. 21. C. ad L. Corn. d. fals. MEY. P. 7. Dec. 447. JASON. ad Auth. Si quis. C. d. edend. n. 7. COVARRUV. Pract. quest. c. 21. n. 2. CARPZ. Dec. 236. n. 8.

*ejus cognitio potest
inungi in Process. sum.
& Ordinar.*

*maxime si Notarius, qui
Originale, etiam vidi-
mus confecerit,*

*Copia a personis publi-
cis ad merum tenorem
instrumenti evincen-
dum confecta omnem
probandi vim ex Origi-
nalis qualitate perunt*

IX. Quoties igitur vel Actuarius, aut similis persona publica, ratione officii, vel Notarius, ignotas partium aliorumve manus saltem eum in finem confert eum instrumento, quod tanquam originale produci- tur, ut de ejus tenore, non authentici fide, constet, nihil eam copiam præter consensum cum eo, quod pro
Orig-

Originali habitum est, contestari, eamque per se vim probandi non habere, ex natura negotii satis liquet. *a. N. 119. c. 3. j. l. 2. ff. d. fid. instrum. C. I. X. eod. l. 27. ff. d. cond. & dem. COLER. d. Proc. Execut. Part. 3. c. 1. n. 48. seq. UMM. ad Proc. Disp. 17. ib. 6. n. 28.* Hinc Supplicatum, quo injuria continebantur, vidimatum instar Originalis non esse recognoscendum pron. *S. C. P. L. Term. Trin. 701.* at eim *Canzeley* vidimus, sigillo Regiminis munitum & a Consiliario nec non Secretario subscriptum, cum non appareret in Regimine partes instrumentum pro sua manu Sigillumque illi adjectum pro suo sigillo recognovisse, non quidem habere virtutem originalis judicavit *S. C. P. L. Term. Lucie 702.* attamen documenti judicialis auctoritatem, quatenus de certo negotio testabatur, eidem haud denegavit. *j. Dec. El. 74. c. f. X. d. fid. Instr.* Verum (1) In Aula Electorali Saxonica Secretarii causarum feudalium, *des Lehns Secretarii*, vidimus vi consuetudinis. *a. l. 3. C. d. edif. priv. l. 24. ff. ad municip. plena tribuitur fides, quam peperit fiducia erga tam illustrii Judicii ministrum. fac. l. 57. ff. d. adm. tut. c. f. X. d. fid. instr. CARPZ. Proc. t. 14. art. 2. n. 52. seq. unde instar Originalis recognoscitur. id. l. 3. Resp. 81. n. 4. Dn. BERG. Differt. 25. de mod. declin. recog. & differt. instrum. ib. 26.* At hoc prudenter ad negotia coram Judicio Aulico inita, veluti cum ex protocollo judiciali copia fit, aut partes suam manum vel etiam sigillum presentes, aut per alios satis legitimatos, illic recognoverunt, non sine ratione restringitur a Dn. BERG. *Oeconom. Jur. l. 4. t. 24. not. 2. p. 1062.* quod si enim Supplicatum in Au-

itaque Supplicatum vidimatum non habetur pro originali

ex forma tamen judiciali fidem instrumenti publici vidimus, quatenus de negotio testatur Judex, meretur.

Vidimus habet vim Originalis
I. In Aula El. Sax. *des Lehns Secretarii.*

de negotio in Jud. Aul. gesto.

la Electorali sit inlinuatum, nec appareat, utrum illud a Principali, an alio ipsius nomine, sit subscriptum, nulla istius transsum copia potest, sed ex ea principalis de confessione propria manu facta aut injuria illata similive facto, maxime illicito, convinci nequit: tum enim etiam locum inveniunt rationes *in pr. hujus* §. adducta. Caterum, quoniam peculiaris hæc observantia ad producendos effectus diversos non est extendenda, cum sit strictissimæ interpretationis. *a. l. 14. l. 16. ff. d. legib. & plura singularia, in dubio, non creduntur esse introducta. a. l. 1. C. d. dot. promissione l. 8. §. 3. ff. d. legat. præstand. recte vidimatae Aulae Electoralis copiarum vis executiva, quæ apud Saxones instrumentis guarentigiatis tribuitur, denegatur. a. l. 1. C. d. Execut. rei jud. l. 9. C. d. Obl. & Act. Conf. CARPZ. dec. 236. n. 9. seq. ubi præj.*

interim ex Secretarii
illius Copiis vidimatis
non potest agi executi-
ve.

(1) Exemplum auctori-
tate iudicis solenniter
ex Originali transsum-
tum.

X. Illud exemplum vim probandi habet (2) quod iudice ordinario, vel ab eo specialiter delegato, præcipiente, propter vetustatem vel aliam justam causam, (c. g. quoniam originale necessario in alium locum transferendum erat) originali diligenter inspecto, eoque in nulla parte vitiato deprehenso, per Publicam Personam, in formam publicam redactum est. *c. f. X. d. fid. instrum. MYNS. cent. 6. obs. 73. n. 14. seq. citatis regulariter iis, quorum interest. c. 4. X. d. confirm. util. vel inutil. ANT. FABER. in C. l. 4. t. 16. d. 12. GAIL. l. 1. Obs. 94. n. 2. GONZALEZ. TELLEZ. ad c. f. X. d. fid. instrum. n. 2. MARTIN. ad O. P. S. b. t. §. des gleichen 2. n. 22. seq. Conf. CHRISTIN. V. 3. dec. 29. n. 23.* Probandi virtute pollet (3) Exemplum ex Archivo Publico de-

(3) Exemplum ex Ar-
chivo depromptum.

prom-

promptum. *Auth. Adhæc. C. d. fid. instrum. Nov. 49. c. 2. §. 2. l. f. C. d. re jud. CARPZ. P. 1. C. 17. d. 38. MARTIN. ad b. t. §. 2. n. 38. p. m. 1022.* Unde constare debet e. g. ex Archivarii vel similis personæ publicæ attestato, esse hanc copiam in Archivo inventam. *a. d. Auth. MÜLLER. ad Struv. S. F. C. Ex. 28. th. 31. lit. d. p. 231. præcise vero, ut certus officialis Archivo sit præpositus, in Germania non videtur requiri. a. N. 18. c. 5. RULAND. de Commiss. Part. 2. lib. 5. c. 8. n. 3. SCHRAD. Consil. 5. n. 9. seq. Diff. TIBER. DECIAN. V. 1. Resp. 24. n. 48. laudabili tamen instituto, ad conciliandam inde productis fidem, certis personis cura Archivi committitur, ne turbetur ejusdem ordo promiscuave scripturarum ad istud fiat relatio; alias solus locus documento sufficientem non largietur virtutem, sed potius ea ex qualitate exempli cognita, veluti manu non ignota, antiquitate, judiciali recognitione originalis ab iis, inter quos celebratum est negotium, facta illiusve transfuntione, similibusque circumstantiis, robur suum consequetur, arbitrio judicis æqui. *a. l. 3. §. 2. ff. d. testib. l. 10. l. 28. ff. d. probat. GOSW. ad CARPZ. P. 1. C. 17. d. 38. n. 4. verb. in archivis. BRUN. Proc. civ. c. 19. n. 10. RULAND. d. Commiss. P. 2. lib. 5. c. 8. n. 12. & præc. ne forte Archivo unius partis voluntate inserta, aut exempla suspecta, injustum præjudicium pariant. a. l. 39. ff. d. Adopt. MÜLLER. d. l. Originali exæquatur exemplum (4) cum inter easdem personas, quæ originale constituerunt, est confectum, reique gestæ tenor ex eodem evidenter cognosci potest. *a. l. 14. C. d. contrab. vel comm. stip. j. Auth. Si quis. C. d. edend. JA-***

certam personam Archivio præfici expedit, ac simplicis necessitatis in Germania non est.

at debet tale exemplum esse qualificatum arbitrio judicis circumspici.

(4) Exemplum inter easdem personas Originali novo, ratione verborum aut sententia, insertum.

S O N. *ad Auth. Si quis. C. d. edend. n. 9.* ita videas integra nonnunquam prioris conventionis verba, aut perfectam illius sententiam, referri & posteriorem eidem subjici, quo casu, quia de partium agnitione obligationis, etiam antecedentis, satis constat, *a. l. i. ff. d. pact.* pro re nata ex eo executive quoque v. g. repetitæ obligationi addito consensu judiciali in hypothecam &c. experiundi facultas dari potest. *CARPZ. dec. 125. n. 31. seq.* atque hoc, urgentibus circumstantiis, ad personas diversas applicare licebit, quoties earum obligationem agnitam hujusmodi exemplum, cum accessione contracti noviter vinculi cumulatam, evidenter probat. Fingo enim Paulum ab Aristippo mutuum 300. th. accepisse, & Sejum pro Paulo apud Aristippum fidejussisse, toto tenore instrumenti, quod inter Paulum & Aristippum confectum est, commemorato, postea autem Sejum, cum renunciatione beneficii excussionis, suam apud creditorem interposuisse fidem, debiti solutione promissa in Documento guarentigato; frustra tum editio principalis instrumenti postulabitur, potius executive ex obligatione hac inter Sejum & Aristippum contracta, in qua simul principalis obligatio agnita est, experiri permitretur, siquidem fidejussionis instrumentum recensitæ utriusque obligationis tenorem docet, adeoque partes utramque obligationem in suum præjudicium agnoverunt. *a. l. 21. ff. d. V. O. Nov. 119. C. 3. CARPZ. l. 3. Resp. 83. n. 7. seq. COLER. d. Proc. Exec. Part. 3. C. 1. n. 57. RULAND. d. Commiss. Part. 2. lib. 5. c. 35. n. 9. p. m. 280. BERL. P. 1. Concl. 43. n. 14. BALD. ad Auth. si quis. C. d. edend. n. 7.*

nec non inter personas
diversas tenore instru-
menti referentis plena-
rie commemorato.

quatenus sibi præjudi-
cant.

XI. Præterea probat Exemplum non minus
 quam originale (5) quoties is, contra quem istius pro-
 ductio fit, illud pro originali recognoscit: nam juri
 suo renunciat. *l. 29. C. d. Pact.* idque non semel, ad evi-
 tandas litium ambages, factum esse recordor. Manda-
 tarius autem, qui Copiam pro originali, nomine sui
 Principalis, recognoscere cupit, obgrave, quod inde
 emergere potest, præjudicium speciali mandato ut
 fit instructus necesse est. *a. l. 25. §. 1. ff. d. minor.* ceu ju-
 dicavit *S. C. P. L. Term. Trin. 1704. Conf. Dn. BERG.*
ad. h. r. Observ. 3. not. 5. p. 759. Inest (6) probandi facul-
 tas exemplo contra producentem, is enim illud con-
 spirare cum originali contendit, & ex sua confessio-
 ne tenetur. *a. l. 13. C. d. non num. pec. l. 46. §. 6. ff. d. jur.*
fisc. nisi aliud actum fuerit. d. l. 45. §. 6. BRUN. Proc. Civ.
c. 19. n. 6. inf. MEV. ad Jus Lubec. l. 5. r. 6. art. 3. n. 6.
MÜLLER. ad STRUV. S. J. C. Ex. 28. th. 31. lit. d. p. 230.
 Nec non (7) probare exemplum adstruitur, quoties (7) exemplum probare
 contra illud adversarius nihil opponit. *KLOCK. V. 2.*
Conf. 39. n. III. MASCARD. d. Prob. concl. 712. n. 78.
MEV. d. l. n. 13. Verum ea sententia suo laborare vi-
 detur fundamento: nam, quia exemplum per se vi-
 probandi destituitur. *l. 2. ff. de fid. instr.* adeoque istud
 pro originali producens nec habet, nec habere potest,
 sola adversarii taciturnitate eidem tribui originalis
 virtutem nimis onerosum foret. Non enim tantum
 inivitus, in actu tanti præjudicii, dicitur qui contradi-
 xit, sed etiam qui consensisse in exemplum, ut pro
 originali agnosceretur, haud probatur. *a. l. 20. §. 1. ff. d.*
serv. præd. urb. l. 45. §. 5. d. R. N. quandoquidem id, quod
 tanquam

(5) Exemplum probat
 ut Originale quando
 tanquam Originale
 ab adversario recogno-
 scitur.

quo casu in Mandatario
 requiritur Mandatum
 speciale.

(6) nec non contra
 exemplum ad acta re-
 ferentem.

(7) exemplum probare
 si nihil opponat adver-
 sarius, sunt qui sen-
 tiant.
 sed non satis tuta est ista
 sententia.

Cautela.

tanquam exemplum est ad acta relatum, originalis virtute, mera taciturnitate, nemo donare, adeoque, ultra producentis intentionem, illi originalis potestatem largiri voluisse, creditur. *a. l. 25. ff. d. probat.* neque illud ex actu obscuro silentis colligi potest, qui potius regulæ, pro se facienti, & exemplis veritatem evincendi vim detrahenti, innixus esse, quam conjecturam tanti præjudicii admisisse præsumitur. *a. l. 9. ff. d. except. c. 6. X. eod.* Rectius igitur fecerit Patronus causæ, qui de impetrando originali non desperat, si liquidam responsum producti, num copiam hanc cum originali convenire existimet, exegerit, quam in simplici taciturnitate acquieverit, & inter Disputationes de probatis aut non probatis, nullum aut exiguum illius præsentæ confessionis effectum persenserit. e. g. ich stelle dahin ob die Copie mit dem Originali übereinstreffe. *conf. c. 2. d. Confess. in 6.* Pro contraria vero sententia urgeri nequit, quod obscure respondentes tacentesve pro confessis haberi queant. *a. l. 11. §. 5. 7. ff. d. Inter. in jur. fac.* nam ad respondendum illic in jure interrogatus, ad vindicandum judicis contemtum. *l. 11. §. 4. j. l. 4 ff. eod.* instar confitentis erat, sed non tantum ad expressam responsum præcise obligatus non est productus, pro quo jura militant, exemplis veritatem haud demonstrari indicantia, sed etiam, si vel maxime urseris instrumentum, tanquam exemplum Originalis a producente allegatum & ad acta relatum, pro originali agnoscendum esse, illationem tanti præjudicii ex solo silentio elicere non licebit. *fac. R. F. d. A. 1654 §. 36. it. Ord. Cam. Part. 3. t. 43. §. 5. conf. Disp. Proc. VI. ad t. 10. §. 5.*

XII.

XII. *Quodsi vero Actor vel Reus intentionem suam literariis Documentis probare, aut probationem per instrumenta cum probatione per testes conjungere velit, intra Terminum Probationis Saxonicum, melioris informationis gratia, suam intentionem in certos Articulos probatoriales redigere documentorum tenorem, & quemadmodum uno vel altero documento uti se posse putet, manifeste inducere, eorumque copias annexere, post Terminum autem probationis peremptorium amplius neuti- quam hac in parte admitti debet.* O. P. S. T. XXIV. §. Do der Kläger I. ceu pron. omiſſa ad Articulos inductione F. I. L. M. Sept. 1717. CARPZ. P. I. C. El. 17. d. 1. itaque non petita transmissione copia im Bestell. Zettel, eaque transmissione prætermiſſa, documentum sub Hc. pro deserto declaratum est in S. C. P. L. Term. Cruc. 700. in C. H. R. v. T. :1. Sr. A. M. v. S. und Conf. verbis: und hat El. sich an dem sub Hc. verſäumet. Cum de Termino probatorio, secundum Jus Commune, Camera Imperii, Saxonicumque dictum sit, repetendo, actum agere merito superſedemus, potius L. B. ad diſp. X. ad O. P. S. T. 20. §. 3. 6. 7. ſeq. remittimus, ſaltem, quæ præſenti titulo & instituto ſpecialiter conveniunt, conſideraturi. Itaque articulorum formandorum neceſſitas ad demonſtrationem & remonſtrationem præciſe extendenda non eſt, ceu d. Diſput. §. 1. n. 1. monitum, neque transmiſſio copiarum in eodem ſim- pliciter neceſſaria; unde, hac prætermiſſa, desertam non eſſe demonſtrationem aut remonſtrationem d. 1. & §. 1. n. 3. indicavimus, eamque ſententiam judican- do conſtanter obſervavimus in S. C. P. L. Term. Lu-

Probaturus per Docu-
menta
Articul. Probat for-
mare

& documenta inducere
debet.

Articulorum forman-
dorum neceſſitas ad
demonſtrationem ex-
tendenda non eſt.
neque copiarum trans-
miſſio.

quando omitti possiat
Copia

error in signo inducen-
do admissus desertio-
nem non operatur.
Signorum usus.

quandoque est restri-
ctus.

at error in signo non est
noxius.

cia 1711. in F. J. L. M. Nov. 711. Febr. 714. Dec. 715. omitti
etiam queunt copia quando originalia in Actis depre-
henduntur. a. l. 14. §. 1. ff. ut leg. vel fideic. sero. caus.
cav. aut productorum originalium copia. a. d. l. Dn.
BERG. ad h. r. obs. 1. n. 2. quarum folia allegari par est.
Quodsi vero error in inductione instrumenti, ratio-
ne signi, admissus sit, pro deserto instrumentum ha-
bendum non est: nam ista signa demonstrationis gra-
tia, ad evitandam documentorum confusionem, ad-
hibentur, sive Numeri sive litera alphabetica, sive si-
gna Planetarum, mathematica aliave, usurpentur, Par-
tibus & Judicibus cognita nec prohibita. conf. Dn.
BERG. ad h. r. Obs. 1. n. 1. Quandoquidem, ad suble-
vandam laborem, nonnunquam in Judiciis fiunt de-
terminationes. Sicuti in Suprema Curia Provincia-
li Lipsiensi Mandato de d. 18. Jun. 1689. injunctum die
bey denen Sachen producirte Documenta mit unge-
wöhnlichen und unbekanten Signis nicht zu bezeichnen,
sondern allein mit Numeris oder Literis zu notiren,
idemque in Mandato novissimo de d. 31. Aug. 1716.
repetitum. Cum igitur signa hæc ad demonstranda
& discernenda documenta sint reperta, eadem sic in-
dicata esse, ut intelligantur, sufficit, neque, errore
isto convenienter detecto, veritati officitur. l. 4. C.
d. testam. §. 29. F. d. legat. l. 9. §. 1. ff. d. contrab. emt. l. 9.
§. 8. ff. d. hered. inst. j. l. 6. ff. d. R. C. Dn. RIVIN. ad
O. P. S. b. T. en. 12. proinde documento, quod erat
sub signo τ per diversum signum expresso, ita pron.
S. C. P. L. Term. Trinit. 1694. in C. D. R. §. 3. :/
B. H.

B. H. pariter instrumento sub lit. A. ad articulos inducto, & sub signo & in termino producto, sic iudicatum in d. S. C. P. L. Term. Luc. 1698. in C. D. G. W. :t. J. C. v. P. verbis: es ist auch Besl. seines Vorwendens ungeachtet, das sub A. sub poena recogniti, zu recognosciren schuldig, eodem modo pron. in S. C. P. L. Term. Cruc. 1717. Verum quoties inductio obscura suscepta est, veluti Actis sub N. 14. indicatis, neque instrumentis, quæ iis continentur, specialiter citatis, cum ea instrumenta describi copiaque transmitti ac postea, adductis foliis, produci debuissent, in poenam desertionis incidit Actor, adeoque reus absolutus est. a. l. 17. ff. d. cond. & demonstr. l. 10. ff. d. aur. & arg. leg. O. P. S. h. T. §. I. Weil auch derselbe Terminus Peremptorius ist, hernacher ferner damit nicht zugelassen werden. j. l. 8. §. 17. ff. d. transact. in S. C. P. L. Term. Cruc. An. 1698. in C. Fr. D. E. J. C. v. L. und W. :t. G. F. v. H. Interim specifica Documentorum inductio ad articulos & materia, quam continent, commemoratio specialis, in demonstratione & remonstratione eodem cum rigore, quo in probatione ordinaria, non requiritur. a. clem. 2. d. V. S. verb. probationes necessariae. Dn. BERG. ad h. T. Obs. 1. not. 1. siquidem ipsorum articulorum usus non est simplicis necessitatis. a. l. 21. ff. d. R. J. uti supra Disp. X. ad T. 20. O. P. S. §. 1. n. 1. indicatum est. Quoties igitur expediri Processus absque manifesta inductioe & documentorum speciali commemoratione nequit, suppleri hunc defectum Iudex, pro arbitrio, quod in Summariis causis habet, jubebit. d. clem. 2. inf.

Incerta tamen inductio desertionem operatur.

at in demonstrationibus & remonstrationibus specifica documentorum inductio & materiarum indicatio parum rigore non exigitur.

XIII. Quo igitur probandi onere gravatus fatalis lapsu in detrimentum non incidat, dilationes, ob justas causas, petere haud prohibetur, de quo *disp. X. ad Tit. 20. O.P.S. §. 23. seq.* dictum est, & cum copias, exhibitis articulis subjiciendas, præstare nequit, veluti quando ea in manu producti aut tertii sunt, nec intra fatale impetrari possunt, ne ad impossibile quisquam obstringatur. *l. 137. ff. d. R. F. Dn. RIVIN. ad h. t. en. 5.* frequenter dilationem petendo impedimenta hæc indicari copiasque omitti, vel nudum signum v. gr. *h. b.* sub quo inductum est instrumentum, post articulos in designatione documentorum exprimi, videas, ita enim pars litigans facit, quicquid potest, ad probationem promovendam. *a. l. 17. §. 3. ff. d. usur.* Dilationem petita ad faciendam productionem documentorum omnium vel quorundam, conf. Dn. SWEND. *ad FIBIG. Proc. p. 677.* ad producendum obligato quoties nulla imputari potest mora, idem hanc moram impetrat sine expensis: und wird Cl. wegen des sub A. der gebethene Anstand, bis auf nechstkünfftigen D. H. G. T. (in Coll. Jurid. auf 1. Sächs. Frist) billich mitgetheilet, at quando morosus est cum expensis: er ist aber auch die Unkosten, dieses Termins, auf unsere Ermäßigung (vel quoties earum liquidario apud Acta deprehenditur. v. g. so hiemit auf 5. Gulden 16. Groschen gemäßiget werden) Befl. zu erstatten schuldig. Ne autem in infinitum protractiones litium suscipiantur, urgentibus circumstantiis, additur comminatio: und ist Befl. das sub B. bey Verlust desselben,

Dilationes impetrari possunt probationis, de quo remiss. ob deficientem documentorum copiam.

item ob defectum originalium.

pro re nata sine

& cum expensis

addi etiam potest comminatio defensionis.

zu produciren schuldig, ubi termino Sax. integro parti indulto, juxta Appell. Pat. d. A. 1670. §. Anlangend 3. aut eadem comparente & moram non purgante, tandem pronunciatur: *Dasß Befl. an Production des Documentis sub B. nummehro sich versäumet.* Conf. Dn. SWEND ad Proc. Fibig. p. 674. seq. Atque hæc poena desertionis, etiam haud pravia comminatione, dictari potest cum moræ gravitas est ex Actis indubitata. a. O. P. S. b. T. §. I. Weil auch it. T. 20 §. nachdem 6. una cum condemnatione in Termini expensas regulariter, ad coercendam contumaciam. a. l. 13. §. 6. 7. C. d. jud. Appell. Pat. d. A. 1670. §. anreichend 3. id quod constans fori corroborat observantia.

vel ob moram indubitam statim desertionis declaratoria ferri sententia.

XIV. Est autem *Terminus probandi peremptorius*, etiamsi *Terminus productionis nondum transferit*, & Probaturus intra *Terminum Saxonicum verbis sibi ulteriore Documentorum Productionem reservaverit*. O. P. S. Tit. XXIV. §. I. verb. Weil auch. Conf. UMM. ad Proc. Jud. Disp. 17. n. 29. p. 754. Unde, cum is, qui probationem expedit, ipsis, quas exhibet, literis complectitur, quod ulteriora sibi reservet documenta, eademque imposterum in copiis, item originalibus, tradere velit, aut peculiari scripto istam similemve intentionem declarat, aut registraturam eo nomine ad acta referri, intra fatale probationis, curat, aut quomodocunque adversus fatale lapsum, donec adjecta fuerint, quas sibi reservat, copiarum protestatur, inutili se labore fatigat. Nam ipsum fatale non est in reservantis aut protestantis arbitrio.

Term prob est peremptorius, etiamsi pars ulteriori docum. productionem sibi reservet.

d. §. I. N. 23. proem. §. c. 1. & omnis reservatio litigantis, cum effectu facienda, præsupponit jus, quod in sua potestate habeat sibi que reservare possit. a. l. 72. ff. d. legat. 1. l. 2. ff. d. usufruct. l. 6. §. f. ff. Comm. præd. BARTOL. ad d. l. si quis legaverit. 72. n. 1. BLUM. Proc. Cam. t. 63. §. 73. ac protestatio de eo interposita, quod a voluntate partium non dependet, sed ex dispositione juris, protestantem non relevat. a. d. N. 23. c. 1. l. 7. ff. naut. caup. stab. l. 23. ff. d. recept. qui arbitr. rec. BEROUSS Vol. 3. Conf. 105. n. 10. CARPZ. P. 1. C. El. 17. d. 2. n. 4. MOLLER. Semest. lib. 4. c. 36. Verum an Judicis quoque reservatio productionis ulteriorum documentorum æque inanis sit futura, ambigi poterat, perpenso Probationis fatali, quod a lege indultum, & liberæ Judicis voluntati relictum non est. a. l. 1. C. d. dilat. P. 1. Const. El. 16. O. P. S. t. 20. §. Wir lassen. Sed quia infinita sunt, quæ incidere queunt, impedimenta eademque, ob fortuitos eventus & justitiam illorum, vel dilationi, quæ per sententiam, decretum vel alias stylo judicii usitato. e. g. durch Urthel, Abschiede, Resolutiones, concedi solet. a. c. 47. X. d. appell. vel restitutioni in integrum occasionem præbent. a. l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus. maj. quam præveniendō etiam indulgere permittitur. a. Dec. El. 4. §. nachdem. c. 4. c. 8. X. d. in integr. rest. l. 7. §. 3. §. 11. ff. d. minor. uti Disp. X. ad Tit. §. 20. O. P. S. §. 20. seq. declaratum, Judicis æquo arbitrio, ex circumstantiis, decisio committenda. a. l. 1. §. f. ff. d. jur. del. l. 32. ff. d. usur. qui curabit ne lites, per hujusmodi

aut eo nomine protestetur.

Judicis tamen reservatio legitima inanis non est.

modi moras, fiant immortales. *l. 13. C. d. judic.* hinc post iteratas aliquot annorum dilationes tandem documenta pro desertis declarata esse recordor. Conf. *MOLLER. d. l.* Sola autem dilationis petitio ad acta relata, aut recognitio de postulata dilatione a iudice data, pro legitima concessione non habetur. *d. O. P. S. 1. 20. §.* Wir lassen. *verb. ausgebracht werde.* ceu pron. *F. J. L. M. Sept. 1717. Conf. ZIEGLER. ad h. t. verb. Bey denen Articula. p. 154.* sicuti plenius deductum *d. Disp. X. §. 23.* Atque *huc respicit ipsa Ord. Proc. Sax. h. T. §. I. excipiens casum, quo probaturus intra Terminum Saxonicum documenta non habuit, neque procurare potuit, at demum ea, post illius lapsum, accepit, quo casu ulterior productio admittitur, dummodo pars apud articulos ad ista documenta provocaverit & compulsoriales petierit. d. §.* Quoties enim iste instrumenti copia destituitur, illam articulis jungere nequit; sed quando copiam habet & originale in manu aliena est, istius editionem modis jure definitis, & quidem ab his, qui sub alia degunt jurisdictione, per requisitoriales, *a. l. 1. §. 2. ff. d. reqv. reis vel abs. damn. N. 134. c. 5.* ab iis, qui eidem jurisdictioni subsunt, per compulsoriales impetrare potest. *a. l. f. ff. d. Jurisd.* uti pron. *F. J. L. M. Sept. 1717. Dn. SWEND. ad FIBIG. Proc. c. 2. p. 694. n. 340. seq.* ubi formul. vid. *conf. Disp. Proc. 1. th. 54.* & harum quidem petitio, in Termino praefixo reiterata, in *S. C. P. L.* admissa est *Mens. Mart. A. 98.* eo quod fatale obtinendis instrumentis hifce certum non est praefinitum. *a. N. 2. c. 3. verb.*

pro qua haberi nequit
sola dilationis petitio
aut, illius petitionis in-
ritu, data recognitio.

ad articulos autem do-
cumentorum inductio
& compulsorialem
congrua petitio facien-
da.

vel requisitorialem,

verb. sicut. idque, ob impedimenta facile incidentia, haud præfigi expedire visum, cum deprehensa negligentia aliis modis coerceri, & documentorum ad acta relatio, die Anschaffung, sub præjudicio: veluti bey Verlust derselben, injungi queat. *conf. O. P. S. T. 20. §. nachdem. 6.* Conceduntur autem *Compulsoriales vel Simples vel Arctiores*, in his pœna dictatur vel dictata augetur. *O. P. S. 1. 26. §. würde*, ante vero quam ad eas perveniatur fides de legitima antecedentium insinuatione fieri debet, ut de contumacia constet. *a. l. 73. §. ff. d. Jud. B. L. U. M. Proc. Cam. 1. 52. §. 15.* atque hæc compulsoriales insinuantur apud nos non immediate, sed mediante subsidio judicis inferioris, teste observantia, a qua merito, ubi satis certa est, non receditur. *a. l. 24. ff. ad municip. Dn. SWEND. c. l. CARPZ. dec. 99. n. 16. seq.* Interim, si documenta sint in manu partium litigantium, eas ad editionem, juxta normam *O. P. S. 1. 26. §. würde*. modumve in singulis Judicii receptum, urgeri sufficit. Accidit enim non raro ut illi editioni mora injiciatur, e. g. si neget reus instrumentum commune existere & apud se inveniri, actorique injungatur præsumptiones existentia, & quidem apud reum, deducere, ceu factum in F. J. L. M. Oct. 1713. verbis: *Eläger hingegen daß die sub No. 13. angegebene Quittungen außgefertiget seyn, und Befl. dieselben bey sich habe, gnugsahme Vermuthungen bezubringen schuldig.* tunc probabilitate ex Actis, aliisque sufficientibus circumstantiis, deducta, editio actori imponitur, aut, illo in hac deductione succumbente, petito editionis non esse locum decernitur.

Dantur Compulsor. vel simpl. vel arctiores

quæ mediante Judicis inferioris subsidio insinuari apud nos solent.

quomodo partes ad editionem cogantur traditur remiss.

nonnunquam petens editionem præsumptiones existentia documenti, & quidem apud partem litigantem, deducere jubetur.

decernitur. Ista vero probabilium conjecturarum allegatio & demonstratio, maturandi Processus gratia, non raro ad Terminum Saxonicum apud nos restringitur, ne, amplificata moræ causa, cum dispendio contententium, lites enormiter protrahantur. Id quod satis evincit fori experientia.

XV. *Quodsi vero probaturus apud articulos ad ista instrumenta non provocaverit & compulsoriales non petierit, jurejurando confirmare tenetur quod, durante Terminum Saxonico, de iis notitiam haud habuerit. O. P. S. h. T. §. da der I. verbis: sonstn soll er. j. c. 4. X. d. except. l. 31. ff. d. jurej.* unde nonnunquam sententiæ, qua denegatur documenti v. g. sub lit. A. recognitio, adjicitur, und ist Befl. das sub A. zu recognosciren nicht schuldig, es könnte und wolte dann Cl. eydlich erhalten und, daß er von diesem aniezo von neuen producirten Documente, in wählender zum Beweise gesetzter Frist, keine Wissenschaft gehabt, schweren, so ergeheth darauff ferner was recht ist, &c. atque hoc juramento perfoluto imperatur parti adversæ recognitio, styloque consueto ulterius proceditur. Dn. SWEND. *ad FIB. Proc. c. 2. p. 678.* Cum vero hoc juramentum ignorantiam existentia instrumenti afferat, diversum est ab eo, quod, inducto ad articulos documento, ad moram in comparando & producendo purgandam, præstatur, quo respicit *O. P. S.* nondum in vim legis publicata. *h. T.* daß das Jurament dergestalt, daß der producent zwar daß die Documente vorhanden, aber nicht, wo sie anzutreffen, gewußt, abzuffassen. Proinde, si instrumentum hujusmodi haud

maturandi Proc gratia præfigi potest illi deductioni Term. Saxon.

Instrum. tanquam postea repertum admittitur, cum illius notitiam se intra Terminum Saxon. non habuisse producens jurejurando asseverat.

Diversum est istud juramentum ab eo, quod injungi potest ad purgandam moram in comparando & producendo inducto, & apud alium existente, documento.

E

exigui

exigui sit momenti, & insignis negligentia arguatur in eodem inquirendo producens, atque is diligentiam adhibitam docere alia via nequeat, ad declinandam moræ suspensionem, tale jusjurandum, arbitrio judicis, injungi poterit, cum documentis, quod pro deserto declaratum nondum est, vi sententia quæ in rem judicatum transit, productio, ob urgentes circumstantias, admitti queat, de quo §. 13. pluribus actum. *conf. O. P. S. T. 20. §. und die weil 4. §. wie lassen. 5. j. a. l. 1. C. d. dilat. c. 6. X. d. fid. instrum. l. 32. ff. d. usur. §. Disp. Proc. X. §. 3. §. 6. n. 4. Dn. RIVIN. ad h. T. en. 15. Dn. BERG. ad h. T. obs. 3. p. 740. BERL. P. I. Concl. 38. n. 101. seq. MYNS. cent. 2. obs. 53. in f.* Locus autem est, ob non inducti & noviter reperti instrumenti qualitatem, jurijurando non tantum ante, sed etiam post publicatas attestaciones & causæ conclusionem, imo etiam lata definitiva sententia, a qua appellatum est, quia præsens §. tempora non distinguit, & æquitas, sollicitè observanda in jure. *l. 90. ff. d. R. F. distinctioni ansam non præbet. a. l. 8. ff. d. publ. in rem act.* atque ita judicavit S. C. P. L. Term. Trin. 704. maxime cum, Jure Communi quoque absoluto, ob inopiam probationum, post jurijurandi præstationem, reo, propter noviter reperta instrumenta, causam finitam retractare liceat. *l. 31. ff. d. jure j. c. 4. X. d. except. GAIL. l. 1. obs. 107. n. 10. BERL. P. I. Concl. 38. n. 93. MYNS. cent. 2. Obs. 53. CARPZ. l. 3. Resp. 106. n. 19.* Ubi inter demonstrationem ac remonstracionem, Term. Sax. adstrictam, semel elapso fatali, non distinguitur, neque

Juram. ob nov. rep.
instr. admitt. post causæ
concl. & sententiam
definitivam.

non tantum in prob.
sed etiam demonstrat.
fatali elapso.

que enim auditur instrumentum, tanquam noviter repertum, producturus si istud juramentum detrectet, inquam sententiam pron. S. C. P. L. Term. Cruc. 1704. verbis: Daß Appellantens Principalin daß sie von dem f. 7. zu denen Acten gebrachten Documente, bey Ubergabung ihrer Bescheinigung, keine Wissenschaftt gehabt, eyndlich zu erhalten schuldig. conf. §. 12. huj. Dif. fert. in f.

XVI. Cessat vero jusjurandum, quod, noviter reperto instrumento, a producente exigi potest, (1) quoties productus notitiam producentis in continenti docere potest. *a. P. 1. C. El. §. d. Dec. El. 2.* liquida enim est allegatio hæc, per quam producens in eo statu constituitur ut, ob præsentissimum perjurii metum, ad istud jusjurandum non sit admittendus. *a. c. 13. 14. XXII. q. 5. v. g. Cajus documentum sub ☉ pro noviter reperto venditat, & ad hujus juramenti præstationem se offert; at ejusdem adversarius ex Actis sub ☿ deducit quod ex isto instrumento dudum egerit adversus Cajum, idque produxerit in judicio. Dn. SWEND. ad Fibig. Proc. p. 679.* tum igitur jure postulatur ut pronuncietur daß C. suchen nicht statt hat. (2) Quando e. g. Actor qui jusjurandum reo detulit, ipsam, quam fecit, juramenti delationem revocat, & probationibus uti cupit: nam illud *Jure Civili* permissum, ad evitanda perjuria. *l. n. C. d. reb. cred. & Jure Sax. El.* approbatum temperatumque est. *O. P. S. T. 28. §. 2. conf. Disp. IX. Proc. ad d. t. §. 9. 10.* cum universus probandi modus, actu licito, mutetur, re adhuc

Cessat ob nov. rep. instr. jur.
1. quando productus producentis notitiam in continenti docet.

2. quoties, qui detulit jusjurandum, eo revocato, probationes suscipit.

integra, omniaque documenta legitime usurpentur.
*a. l. 21. ff. d. R. J. adeoque mala suspicione vacet, qui
 suis probationibus, quomodocunque quæsitis, con-
 fidit, &, dum jure suo utitur, nemini facit injuriam.
 l. 13. §. 1. ff. d. injur. Conf. BERL. P. 1. Concl. 32. n. 6. Dn.
 SWEND. ad Fibig. Proc. p. 680. quod observatum, nec
 ullum tale juramentum exactum esse, recorder. (3)
 Cum semel est persolutum, propter instrumenta no-
 viter reperta, juramentum, & ulteriora sunt inven-
 ta, quibus, probationis suæ adjuvandæ gratia, uti vult
 producens, iteratam juramenti præstationem non
 esse admittendam censent Dn. SWEND. c. l. BERL.
 P. 1. Concl. 38. n. 98. MARTINI ad O. P. S. h. T. n. 28.
 NICOL. ad Proc. c. 55. n. 3. conf. MOLLER. ad P. 1. Const.
 El. 16. n. 26. Verum contrariam sententiam tuetur
 Dn. BERG. in Elect. Discept. for. ad h. T. Obs. 3. quæ
 mihi tanto probabilior est, quanto fortius pro eadem
 militat juris Communis & Saxonici ratio. Nam l. 15.
 §. 1. ff. de reb. auct. jud. poss. quæ ad eam evincendam ad-
 duci solet, de casu diversissimo tractat, verbaque il-
 lius hæc sunt: *Utrum semel an etiam sepius recognitio,
 disunctio concedenda sit creditoribus videamus? Et ait
 Labeo, amplius quam semel, non esse concedendam: si
 quis tamen, inquit, juraverit, non calumniæ causa se po-
 stulare, neque habere que dispunxerit: iterum ei facien-
 dam potestatem ait, nec amplius quam bis. Ubi cogno-
 scendo ad relectionem & recognitionem, dispingendo
 ad collationem acceptorum & datorum respicitur.
 l. 56. ff. d. V. S. j. l. 13. §. 1. ff. d. divers. temp. præscr. At
 ca**

3. Ubi semel præstitum
 est hoc jusjurandum.

secundum Dd, nonnul-
 los,

sed admittenda est ul-
 terior hujus juramenti
 præstatio.

Off. l. 15. §. 1. ff. d. reb.
 auct. jud. poss. Resp.

ea de debitore, in cujus possessionem bonorum plures creditores missi sunt, & circumspeditione, ne corrumpantur illius rationes, agit; ubi, præter potestatem faciendi quasi inventarium instrumentorum, idonea causa interveniente, describere aliquid ex instrumentis permittitur. *d. l. 15. pr.* & quidem recognitio ac dispunctio conceditur semel, non amplius autem quam bis, ceu dictum §. 1. Instrumenta enim præsentia sunt, &, cum data est creditori aliquid ex iis describendi, recognoscendi & dispungendi copia, sibi imputare debet quod non prima aut secunda vice cum debita sollicitudine negotium curavit, atque ita, denegata ulteriori recognitione & dispunctione, culpa sua damnum sentiens, id non sentire videtur. *l. 203. ff. d. R. 7.* Sed in præsentia calu imputari non potest incuria noviter reperti instrumenta, cum, ubi illa deprehenderentur, ignoratum sit, atque interesse indubitarum habeat, qui instrumenta hæc suæ probationi adhibiturus est. Itaque merito indeterminate

& sententia hæc rationibus stabilitur

ista juramenti præstatio & noviter reperti instrumenti productio *b. T. §. I.* indulgetur, haud secus atque indefinita oppositio exceptionis, cujus notitiam excipiens ex post facto ad se pervenisse jurat, admittitur. *c. 4. X. d. except.* Atque hoc in *Concepto Nov. Ord. Proc.* nondum in vim legis publicata *post verba*, inducivertur, ita explicatum est: Ungeachtet auch dieser (productent) mit angezogenem Jurament allbereit gehöret, soll er dennoch, da nachhero noch mehrere Urkunden aufgefunden würden, zu ebenmäßigen Eyde nochmahls zugelassen werden.

werden. Accedit probationum adjuvandarum favor. *l. 21. in f. C. d. heret. &*, quod repertum noviter instrumentum citra moram, cum oblatione ad illud jusjurandum, producendum esse monet. *Ni c. d. l. n. 2. impossibiliumque nulla obligatio est. l. 18. ff. d. R. J. adeoque nihil imputari potest denuo inventum instrumentum producenti, & moræ suspicionem jurejurando re-*

4. Cum produçens non est integræ famæ.

moventi. (4) Non admittitur ad juramentum de noviter reperto instrumento produçens quando laesa est fama fideique; siquidem istud imitatur certa ratione suppletorium juramentum, quod, arbitrio judicis, perspectæ inprimis fidei personis imponitur. *a. l. 3. C. d. R. C. l. 31. ff. d. jurejur. Ord. Proc. Sax. tit. 30. c. 8. d. elect. & el. por. in 6. & persolvitur a produçente, in sua quodammodo causa teste, adeoque hominem honestum & inculpata vitæ desiderat, a. l. 3. ff. d. testib. semel enim malus semper præsumitur talis. c. 8. d. R. J. in 6. quo respexit F. J. L. pron. Mens. Maj. 715. BERL. P. 1. Concl. 38. n. 100. NICOL. Proc. P. 1. c. 55. n. 3. MO-*

5. Si produçens probet se instrumentum noviter invenisse atque de eo antea noticiam non habuisse.

LER. ad P. 1. C. El. 16. n. 28. (5) Quodsi produçens instrumentum probet se illud noviter invenisse, atque de illo noticiam antea non habuisse, quin deficiat exigendi hujus juramenti ratio, ambigendum non est: nam fidem probationibus legitimis haberi æquitas & juris norma exoptulat, nec quenquam haud necessario jurejurando onerari convenit. *c. 2. X. d. jurej. BERL. d. l. n. 94. (6) Sunt qui testes etiam denuo inventos, cum jurejurando simili, esse admittendos censeant. BEUSTR. ad. l. admonendi 31. ff. d. jurej.*

6. testes etiam noviter repertos sunt qui cum jurejurando hoc admittant.

n. 95. seq. MYNSING. cent. 4. obs. 60. eo, quod per testimonia æque causa instruat^r atque per instrumenta. l. i. ff. d. fid. instr. &, in exercendis litibus, eandem vim obtineant fides instrumentorum & depositiones testium. l. 15. C. d. fid. instrum. At negari potest testimonium & instrumentorum hac in parte æqualem esse rationem, quoniam l. 31. ff. d. iur. ej. instrumentorum non viter repertorum, non testium, specialiter meminit, & testes subornari, corrumpi, facilius queunt quam instrumenta strictè sic dicta, ad scripturæ tempus locum similesque circumstantias adstricta, notabilemque moram, uti per testium necessariam citationem, productionem, examinis consummationem, controversiis decidendis, non æquali gradu, inferentia; inde Canonica quoque Jura post publicationem attestationum instrumentorum productionem admittunt. c. 9. X. d. fid. instr. j. l. 10. ff. d. probat. N. 90. c. 4. atque hoc observantia apud nos tuetur. Conf. BERL. P. I. Concl. 38. n. 105. CARPZ. P. I. C. 16. d. 6. n. 7. MOLLER. ad Const. El. 16. n. 30. 31. 32. hinc, omni diligentia in promovendo testium examine adhibita, cum testes ante depositionem vita excefferunt, post lapsum termini probatorii, ante publicationem attestationum, novos testes in locum demortuorum surrogare tantum est permissum, haud obscuro indicio, quod ratio novorum, qui inveniuntur, testium haberi non debeat. O. P. S. T. 20. §. würde. conf. O. P. S. Tit. 20. Disp. X. ib. 30.

sed perperam

XVII. *Si quis intra Terminum Saxonicum copias documentorum obtulerit, eadem per Originalia, etiam post Terminum confirmare permittitur.* O. P. S. h. T. §. deßgleichen. II. P. I. Const. El. 17. Termini enim ad productionem documentorum præfixio non a Partis, sed Judicis, arbitrio dependet, adeoque mora intercedens probationem suscipienti nequit imputari, suum enim cuique factum non alteri nocere debet. l. 155. ff. d. R. F. *Jure Communi Terminus productionis specialiter determinatus venit accurate observandus. a. l. 1. C. d. dilat. l. 13. §. 4. ff. d. Excusat. R. F. d. A. 1654 §. 35. Ord. Cam. P. 3. t. 16. §. f. i. 20.* quod si is definitus non fuerit, productio instrumentorum usque ad conclusionem in causa permittitur. c. 9. X. d. fid. instrum. j. c. 5. X. d. caus. poss. & propr. vid. Diss. Proc. X. §. 3. MYNS. cent. 6. Obs. 56. n. 1. BLUM. Proc. Cam. t. 74. n. 19. UMM. Proc. Jud. Diss. 19. §. 3. n. 13. GAIL. l. 1. Obs. 105. n. 4. *Jure Sax. El. vero Terminus productionis, non indulta, ceu supra dictum, dilatione, præcise venit attendendus, & productio cum prima positione merito regulariter expeditur, ne quis periculosa disceptationi, de fatali neglecto, implicetur, atque hic Terminus tam accurate observatus est in S. C. P. L. ut, cum tertio demum die Documenta producerentur, eadem pro desertis declararentur verbis: Befl. hingegen an Production derer Documenten sub O und C sich versäümet ic. Term. Cruc. 94. in C. D. F. : C. C. urgentibus tamen circumstantiis secundo die produ-
cta*

*Jure Communi quis fit
Term. productionis,*

*Jure Sax. El. in Term.
Product. producenda
sant regul. Originalia.*

declar.

ta sunt admiffa *Term. Luc. A. 1712. in C. F. v. D. S. II.*
Conf. H C. v. D. P. & intra feptiduum in F. J. L. M.
Febr. 1713. Sicuti in Senatu *Appell. Term. byem. 1702.*
 quoque judicatum esse refert *Da. Riv. ad h. T. en. 8.*
 qua sententia benignior, at non tutior, est. *a. l. 192. §. 1.*
ff. d. R. J. conf. §. Deßgleichen II. §. I. b. T. P. 1. C. El. 17.
 iusta causa intercedente, etiam publicatis attestati-
 bus, ista productio locum invenire potest. *a. c. g. X. d.*
fid. instrum. CARPZ. P. I. C. El. 17. d. II.

XVIII. Interim *non totum Originale semper pro-*
ducendum est, sed ea pars, qua servit probandæ inten-
 tioni, sufficit. Circumspecte itaque *Cajus in l. 10. §. 2.*
ff. d. edend. edi ab argentario rationem indicat, non ut
 totum codicem rationum inspiciendi describendique
 potestas fiat, sed ea sola pars rationum, qua ad instru-
 endum aliquem pertinet, inspiciatur & describatur. *j. l.*
1. §. 2. 4. ff. eod. id quod etiam hodie sollicitè observant
mercatores per modum eius Extracts sub signo *⊙. C. Z.*
 similive, cum exactionem creditorum faciunt, copi-
 am parti communicantes, & in Termino Originali
 corroborantes, adeo ut sapissime, ad secreta commer-
 ciorum occultanda aliasve ob rationes, reliquas partes
 libri Mercatorii, perustrationi subducant, & in locis
 haud necessariis perlegendi copiam denegent. *Conf.*
BRUNNEM. ad l. 10. ff. d. edend. n. 3. CARPZ. P. I. C. El.
17. d. 5. FELIN. ad C. I. X. d. fid. instrum. n. 29. Idem in
Recessibus divisiis: den Erb. Reccessen, aliisque prolixis
 instrumentis, usu venit: istud enim capitulum, de quo
 quaestio est, saltem producendum, ne ex iis haud ne-
 cessaria,

ex Testamentis &c.

de quo Judicis est arbitrium.

Summa Doc. productio regul. non admittitur.

Ex actis quandoque producuntur vidimite Extracte.

cessaria, eademque infelicia, litigia suscitentur. *C. 5. X. d. fid. instrum.* aut malitia, per falsas probationes & machinationes illicitas, aperiatur via. *a. l. 1. §. 2. ff. d. edend. Felin. d. l.* Quandoque etiam in Testamentis aliisque documentis partem certam aperiri testator &c. prohibuit, aut nonnihil ad ignominiam alicujus pertinet, cujus copiam dari, aut Originale totum exhiberi, ratione circumstantiarum, fas non est. *l. 3. C. quemadm. test. aperiant.* Subinde quoque controvertitur quousque capita instrumenti sint connexa & se invicem declarent. *a. l. 29. §. 1. ff. d. minor. conf. NICOL. ad Proc. Part. 1. c. 50. n. 4.* tum igitur Judex nonnunquam Originale integrum sibi exhiberi postulat, ut determinet quousque parti sit facienda facultas Originale inspiciendi, judici enim fiunt probationes. *l. 12. ff. d. probat.* quas ipse, ex officio, adjuvare, arbitrioque suo jure non definita decidere debet. *a. l. 19. in f. C. d. testib. l. 3. §. 2. ff. eod. CARPZ. Proc. 1. 14. art. 1. n. 30. MOLLER. ad P. 1. C. El. 17. n. 10. GAIL. l. 1. Obs. 106. n. 10. RULAND. de Commiss. Part. 2. lib. 5. c. 32. n. 2.* Verum Syllabum, s. Originale in summam contractum, mutatis verbis, produci non sufficit, nisi ex approbatione eorum, quorum interest, ad redimendam moram, vel alias probabiles ob causas, talis productio feratur, petunt enim partes hujusmodi summam quandoque admitti, & in eventum petiti illius denegati, dilationem, ad Originale producendum, exposcunt. *a. d. l. 3. §. 2. j. l. 29. C. d. pact. Dn. BERG. ad h. T. Obs. 1. not. 2.* Ceterum ex Actis, si Judicium illa non transmittat, dari quandoque saltem

saltem vidimitte Extracte, eosdemque produci,
 experientia docet. *fac. l. II. C. d. fid. instr. l. f. C. de re
 jud. conf. GUID. PAP. dec. 241. in f.*

XIX. *Etiamsi quis in continenti una cum li-* Documenta cum libel-
bello documenta exhibuerit, ante tamen, quam reus lo exhibita sunt in
litem fuerit contestatus actorque ea documenta, in Termin. reproducenda.
vim probationis, reproduxerit, de iis pronunciari
non debet. O. P. S. h. T. §. Wann auch. III. conf. R.
J. d. A. 1654. §. 35. R. J. d. A. 1600. §. so seyn auch. 97.
 Nam prior exhibitio in primis informationis gratia
 suscepta. *a. l. I. §. 1. 2. l. II. ff. d. edend. ut delibera-*
ret adversarius utrum cedendum an contendend-
um esse putaret. l. I. ff. eod. post litem vero con-
testatam in Termino, expedienda probationis
 ergo, fit productio, ea igitur omnino necessi-
 tatis est. *a. l. I. C. d. dilat. c. 9. X. d. fid. instr. & pro*
 forma substantiali agnoscitur. *vid. CHRISTEN.*
V. I. dec. 77. n. 10. ANT. FAB. in C. l. 2. I. I. d. 2.
SCHILT. ad ff. Ex. 7. th. 34. j. GILKEN. ad l. f. C.
d. fid. instr. n. 2. atque hæc productio realiter fieri realiter
 debet regulariter, nec sufficit se ad articulos &
 inducta ad eos instrumenta retulisse, qualis pro-
 ductio verbalis dici potest, siquidem forma ista
 præcise attendenda venit, & per æquipollens ad-
 impleri nequit. *a. l. 8. §. 17. ff. d. transact. j. l. 18. C. d.*
fid. instrum. BERL. P. I. Concl. 43. n. 37. seq. CARPZ.
l. 3. Resp. 77. n. 10. inde realis seu actualis pro-
 ductio

ductio requiritur, atque is terminus, usu nonnullorum locorum docente, est peremptorius. *a. l. 37. ff. d. legib. Dn. BERG. ad h. T. obs. 2. not. 1. Dn. SWEND. ad. Fib. Proc. p. 1412. Dn. RIVIN. ad h. T. enunc. 3. 7. vid. §. 17. supra*, nec aliud de termino productionis demonstratorio aut remonstratorio, cum determinatus est Terminus Sax. afferitur à BERG. *d. l. in f.* Fit autem ista productio vel cum apparatu, sicut ut commemorantur singula documenta signis discreta, indiceturque principalis eorum qualitas & tenor, vel per compendium: *Cl. will die sub A. B. C. D. E. und F. bey seinem Beweise angegebene und inducirten Documenta hiermit originaliter produciret und deren Recognition, nach Anleitung der Specification, von Befl. gefordert haben, & hanc quidem sapissime admissam esse recorder. Conf. Dn. BERG. d. l. not. 2. p. 739.* quod si vero Originalia deprehendantur apud Acta ad folia, ubi inveniuntur, provocari solet. *a. l. 6. ff. d. R. C. Dn. RIVIN. ad h. T. en. 4. in. f.* Exceptioni autem locus est (1) si documenta talia sint, quæ, vi constitutionis Provincialis, paratam habent executionem, eoque nomine Judex tantum imploretur, tum enim reo statim recognitio injungi, & si documenta ad probandam intentionem sufficiant, facta recognitione in Proc. Executivo definitive, pro re nata, vel alias, quod res exigit, pronunciarum potest. O. P. S. h. T. §. Wenn auch.

it. in demonstr. & rem.
Termin. Sax. adstricta.

vel cum apparatu

vel per compendium

Orig. apud acta existentia remittendo ad fol. allegata produci solent.

exc. 1. Proc. Exec. ex initrum. guarent.

auch. III. verb. es wäre dann. Dec. El. 2. GARPZ. P. I. C. El. 16. d. 10. de quo Disp. Proc. I. §. 55. seq. *actum*, idemque obtinet si petatur, ob spem affirmativæ litis contestationis, in certis libelli punctis, die Einlassung, & in reliquis recognitio: tum enim, maturandæ litis ergo, in contumaciam pronunciare licebit: Daß Befl. auf die erhobene Clage, sub pœna confessi & convicti, sich einzulassen, und die sub A. und B. producirten Documenta, sub pœna recogniti, zu recognosciren schuldig; pariter, cum omnia libelli capita ex documentis demonstrari queunt, secundum *Res Gr. S. A. 1653. 57. gr. 8.* productio documentorum in primo Terminò recte suscipitur, & recognitio, pro ratione circumstantiarum, nulla speciali litis contestatione prævia, injungitur: Diligenti tamen hic cautela opus est in indaganda documentorum virtute, ne actor, si instrumenta plenissime deducendæ ipsius actioni haud serviant, scopo suo excidat & majoribus hac via difficultatibus implicetur. (2) *Quoties per documenta exceptio litis ingressum impediens demonstratur, ilico eorum productio & recognitio jure suscipitur.* d. §. verb. oder es wäre. *uti Disp. Pr. VII. ad. O. P. S. T. XI.*

quandoque ob spem affirmativæ litis contestationis, in certis libelli punctis, die Einlassung, & in reliquis recognitio: tum enim, maturandæ litis ergo, in contumaciam pronunciare licebit: Daß Befl. auf die erhobene Clage, sub pœna confessi & convicti, sich einzulassen, und die sub A. und B. producirten Documenta, sub pœna recogniti, zu recognosciren schuldig; pariter, cum omnia libelli capita ex documentis demonstrari queunt, secundum *Res Gr. S. A. 1653. 57. gr. 8.* productio documentorum in primo Terminò recte suscipitur, & recognitio, pro ratione circumstantiarum, nulla speciali litis contestatione prævia, injungitur: Diligenti tamen hic cautela opus est in indaganda documentorum virtute, ne actor, si instrumenta plenissime deducendæ ipsius actioni haud serviant, scopo suo excidat & majoribus hac via difficultatibus implicetur. (2) *Quoties per documenta exceptio litis ingressum impediens demonstratur, ilico eorum productio & recognitio jure suscipitur.* d. §. verb. oder es wäre. *uti Disp. Pr. VII. ad. O. P. S. T. XI.*

it. Doc. prod. fit ad formandum Suram. Proc. ex Doc.

z. cum per doc. prob. exc. lit. ingress. imped.

3. quando de doc ant.
lit. cont prod. post eam
disputatur.

§. 15. explicatum est. (3) Quando super documento, ante litem contestatam producto, post eam disputatur, ex ipsa perseverantia litigii, illud pro reproducto agnoscendum esse probabiliter defendunt. *fac. l. 17. in f. C. d. testib.* BRUNN. *Proc. Civil. c. 19. n. 12.* KLOCK. *V. 2. Conf. 5. n. 105.* GILKEN. *ad l. f. C. d. fid. instrum. n. 2. in f.*

Producenti documentis
renunciare licet.

XX. Reliquum est ut paucis adjiciamus: An § quatenus, post productionem, producenti instrumentis renunciare liceat? Quin verbali saltem productione, sive instrumentorum, in scriptis ad Acta relatis, nuda allegatione facta, ea derelinquere liceat, haud ambigendum est: verba enim cum effectu accipienda sunt. *a. l. 1. §. 1. ff. quod quisque jur. in ali. stat. l. 12. ff. d. in jus vocand.* adeoque verbalis productio non facit ut instrumenta fiant pars Actorum. HEIG. *l. 2. q. 4. n. 33. seq.* MEV. *P. 8. dec. III. n. 8.* idemque obtinet si eadem in specificatione tantum indicata, ad articulos inducta, partique in copia transmissa sint. *a. l. 1. §. 3. ff. d. edend.* DN. BERG. *ad. b. T. obs. 4. p. 744.* Verum, reali productione documentorum perfecta, secus est. Sicuti enim testes,

post productionem ver-
balem.

non realem.

stes, post realem productionem, producenti poenitendo omittere prohibitum. O. P. S. T. 20. §. Wir lassen *V. verbis*: Es soll dem Zeugen = Führer ungewehret seyn, wenn die Zeugen allein verbaliter und nicht realiter produciret, noch mit dem Zeugen = Eyde beleget, einen oder mehr Zeugen fallen zu lassen. ita quoque, actu productis originalibus in iudicio, instrumenta quasi facta sunt communia, eaque, invita parte adversa, revocare & pro non productis agnoscere haud permittitur. *a. c. 10. X. d. probat. verb. instrumentorum productiones. j. l. 2. C. d. fid. instrum. siquidem res integra esse desit l. 5. C. d. O. & A. l. II. ff. d. R. J. l. 75. ff. cod. Conf. MYS. cent. 6. obs. 76. GUID. PAP. Dec. 234. Dn. SWEND. ad Proc. p. 1462. BERG. d. l. quod in Concept. Ord. Proc. h. T. expressum: Wen von dem Part die Production in Termino geschehen, soll demselben, wider des andern Willen, selbige zu widerrufen, und angeregte Documenta fallen zu lassen, nicht vergönnnet seyn. Quodsi vero producta documenta recognoscere detrectet adversarius eaque pro communibus agnoscere nolit. *a. l. 3. C. d. fid. instr. res in statum**

nisi adversarius ea pro communibus agnoscere nolit atque sic faciat rem in integrum statum reduci.

PROCESSUS JUR. COMMUN. ET SAXON. ELECT.

integrum reduci videtur. *a. §. f. J. quib. mod. toll. obl. l. 58. ff. d. pact. ut proinde volenti non fiat injuria. l. 1. §. 5. d. injur. & pars suo juri quæsito renunciare queat. l. 29. C. d. pact. modo is, qui eam facit declarationem nomine principalis, ad hunc actum satis sit legitimatus. a. l. 25. §. 1. ff. d. minor. Dn. BERG. d. l. p. 745.*



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]





Leipzig, Diss., 1717

ULB Halle 3
004 089 758



f
sb.





Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

10077

TRACTATIONIS SYNOPTICÆ 21.
PROCESSUS 1717, 12.
JURIS COMMUNIS
ET INPRIMIS
SAXONICI ELECTORALIS

DISPUTATIO DECIMA TERTIA,

QVAM

SUB PRÆSIDIO

DN. LÜDERI MENCKENII, JC.

CONSILIAR. REG. POLON. ET ELECT.

SAXON. DECRETALIUM PROF. PUBL. ET
FACULTATIS JURIDICÆ LIPSIENSIS
ORDINARIJ, &c.

PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONORIS CULTU ÆTA-
TEM DEVENERANDI,

IN AUDITORIO JCTORUM

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

FRIEDERICUS CAROLUS VOIT
à SALZBURG.

EQUES FRANCUS.

AD D. XXI. OCTOBR. A. M DCC XVII.

L I P S I Æ.

Typis IMMANUELIS TITII.